

modo est alius) & quacunq; in parte, totus est sensus, totus visus, totus auditus, totus animæ, totus animi, totus sui. Innumeros quidem credere, atq; etiam ex virtutibus virtusq; hominum, vt pudicitiam, cœcordiam, mentē, spem, honorem, clemētiā, fidem, aut (vt Democrito placuit) duos omnino, Pœnam & Beneficiū, maiorem ad socordiam accedit. Fragilis & laboriosa mortalitas in partes ista digessit, infirmitatis suæ memor, vt portionibus quisq; coleret, quo maxime indigeret. Itaq; nomina alia alijs gentibus, & numina in iisdem innumera reperimus, inferis quoq; in genera descriptis, morbisq; & multis etiam pestibus, dum esse placatas trepido metu cupimus. Ideoq; etiam publice *Febris fanum in palatis dicatum est, Orbonæ ad ædem Iarium ara, et Malæ fortunæ exquilijs. Quā obrem maior calitum populus etiam q̄ hominum intelligi potest, cum singuli quoq; ex semetipsis totidem deos faciant, Iunones Geniosq; adoptando sibi. Gentes vero quadam animalia etiam, & aliqua obscœna, pro dijs habent, ac multa dictu magis pudenda, per fetidos cibos & alia similia iurantes. Matrimonia quidem inter deos credi, tantoq; æuo ex his neminem nasci, & alios esse grandæuos semperq; canos, alios iuuenes atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, ouo editos, & alternis diebus viuentes morientesq; puerilium prope deliramentorum est. Sed super omnem impudentiam, adulteria inter ipsos fingi, mox iurgia & odia, atq; etiam furtorum esse & scelerum numina. Deus est mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam via. Hac procures iere Romani: hac nūc celesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis æui rector Vespasianus Augustus, fessis rebus subueniens. Hic est vetustissimus referendi benemerentibus gratiam mos, vt tales numinibus adscribantur. Quippe & omnium aliorum nomina deorum, et quæ supra retuli siderum, ex hominum nata sunt meritis. Iouem quidem aut Mercurium, aliter uē alios iter se vocari, & esse celestem nomenclaturam, quis non *interpretationem naturæ fateatur? Irridendum vero, agere curam rerum humanarum, illud quicquid est summum. An ne tam tristi atq; multiplici ministerio non pollui credamus dubitemusue? Vix prope est iudicare, vtrū magis conducatur generi humano, quādo alijs nullus est deorum respectus, alijs pudendus. Externis famulantur sacris, ac digitis deos gestant, & monstra quoque colunt: damnant, et excogitant cibos: imperia dira in ipsos, ne somno quidem quieto, irrogant. Non matrimonia, non liberos, non deniq; quicquam aliud, nisi *iuuanti-
bus

* Febris fanū in Palatio dicatū est ad ædem Iariū, & ara Malæ fortunæ Aesq; Iijs.

* interpretacionem

* iuuantibus

la laudatur, sola arguitur, et cum conuiuijs colitur, vobis lubilis, à plerisq; vero & cæca etiā existimata, vaga, inconstans, incerta, varia, indignorum fauorix. Huic omnia expensa, huic omnia feruntur accepta: et in tota ratione mortalium, sola vtrāq; paginā facit. Adeoq; obnoxia sumus sortis, vt fors ipsa p̄ deo sit, qua deus probatur incertus. Pars alia & hæc pellit, astroq; suo euentus assignat, & nascēdi legibus; semelq; in omnes futuros vnquam deo decretum, in reliquū vero ocium datum. Sedere cœpit sententia hæc, pariterq; & eruditum vulgus & rude in eam cursu vadit. Ecce fulgurum monitus, oraculorū præscita, aruspiciū prædicta, atq; etiā parua dictu in augurijs sternutamēta & offensiones pedum. Diuus Augustus leuissimum prodidit sibi calceum præpostere inductum, quo die seditione militari prope afflictus est. Quæ singula improvidā mortalitatē inuoluunt, solum vt iter ista certū sit, nihil esse certi, nec miserius quicquā homine, aut superbius. Ceteris quippe astantium sola victus cura est, in quo sponte natura benignitas sufficit. Vno quidē vel *preferenda cunctis bonis, q̄ de gloria, de pecunia, ambitione, superq; de morte nō cogitant. Verū in his deos agere curā rerum humanarū credi, ex vsu vitæ est: pœnasq; maleficijs aliquādo seras, occupato deo in tāta mole, nunq̄ autem irritas esse. Nec ideo proximum illi gentium hominem, vt utilitate iuxta beluas esset. Imperfecta vero in homine naturæ præcipua solatia, ne deum quidem posse omnia. Namq; nec sibi potest mortē cōsciscere, si velit, quod homini dedit optimū in tantis vitæ pœnis: nec mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos, nec facere, vt qui vixit, non vixerit: qui honores gessit, non gesserit: nullumq; habere in præterita ius, præterq̄ obliuionis: atq; (vt facietis quoq; argumētis societas hæc cum deo copuletur) vt bis dena, viginti nō sint, ac multa similiter efficere nō posse: per quæ declaratur haud dubie naturæ potētia, idq; esse, quod deum vocamus. In hæc diuertisse nō fuerit alienum, vulgata propter assiduam quæstionem de deo.

10

20

30

40

50

* preferenda do

* ibi

De natura siderum errantium, & eorum ambitu. CAP. VIII.

Hinc redeamus ad reliqua naturæ. Sidera, q̄ affixa diximus mūdo, nō illa, vt existimat vulgus, singulis attributa nobis, et clara diuitibus, minora pauperibus, obscura defectis, ac p̄ sorte cuiusq; lucētia, adnumerata mortalibus, nec cū suo quaq; homine orta moriūtur, nec aliquē extēgui decidua significāt. Nō tāta cælo societas nobiscū est, vt nostro fato mortalis sit * ille quoq; siderū fulgor. Illa nimio alimēto tracti humoris igneam vim abūdantia reddunt, cū decidere credūtur, vt apud nos quoq; id luminibus accēsis liquore olei notamus accidere. Ceterū æterna est cælestibus natura, intextentibus mundū, intextuq; cœcretis: potentia autē ad terram magnopere eorū pertinet, quæ propter effectus claritatēq; et magnitudinē, in tanta subtilitate nosci potuerūt, sicut suo demonstrabimus loco. Circulorū quoq; cæli ratio in terræ mētionē apt.